

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

In M. Antonium, Philippica secunda. Oratio XLV.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

ru propter vnus Dictatoris odium, nomē Dictatoris funditus sustulisti. Num huiusce, cum Dictatoris
 pro salute Reip. tanta gessisses, fortunę te: nū amplitudinis: nū claritatis: num gloria pœnite nomē subla
 bat: Vnde igitur subito tanta ista mutatio: nō possum adduci, vt suspicer, te pecunia captū, tum,
 licet qđ cuiq; liber, loquat: credere nō est necesse, nihil. n. vnq; in te sordidū, nihil humile co
 gnouī. qđ solēt domestici deprauare nōnunq;. sed noui firmitatē tuā: atq; vtinā vt culpā, sic
 etiam suspitionē vitare potuisses. Illud magis vereor, ne ignorans verū iter glorię, gloriosum
 putes, plus te vnū posse, qđ omnes: & metui a ciuibus tuis, qđ diligī malis, qđ si ita putas, totā
 ignoras viā glorię. Charū esse ciuē, bene de Rep. mereri, laudari, coli, diligī, gloriosum est. me
 tui vero & in odio esse, inuidiosum, detestabile, imbecillū, caducum. Qđ videmus etiam in fa
 bulis, ipsis illis, qđ, Oderint dū metuāt, dixerint: pñciosum fuisse. Vtinā Antonī auū tuū me
 minisses: de quo tamen multa audisti ex me sapissime. Putas ne illum immortalitatē mereri Oderit, dū
 voluisse, vt propter armorū metuendorū licentiā metueret: illa erat vita, illa secunda fortu
 metuant,
 na: libertate esse parē cū ceteris, principē dignitate. Itaq; vt omittā res aui tuī prosperas, acer
 bissimū eius diē supremū malim, qđ L. Cinnæ dominatū, a quo ille crudelissime est interfectus.
 Sed quid oratione te flectā: si enim exitus C. Cęsarīs efficere hoc non potest, vt malis charus
 esse, qđ metui: nihil cuiusq; proficiet, nec valebit oratio. quē qui beatū fuisse putant, miserimi
 ipsi sunt. Beat⁹ est nemo, qui ea lege viuit, vt nō modo impune, sed etiā cum summa interse
 ctoris gloria interfici possit. Quare flecte te quęso, & maiores tuos respice, atq; ita governa
 rempublicam, vt natū te esse ciues tuī gaudeant: sine quo nec beatus, nec clarus esse quisq; po
 test. Et populī qđem Ro. iudicia multa ambo habetis, quibus vos non satis moueri permole
 ste fero. Quid em̄ gladiatorii clamores innumerabiliū ciuū: quid populī versus: qđ Pompeiī
 statue plausus infiniti: quid ii Tribuni plebis, qui vobis aduersantur: parū ne hæc significāt,
 incredibiliter consentiētē populī Ro. vniuersi voluntatē: Quid Apollinariū ludox; plausus:
 vel testimonia potius, & iudicia populī Romani: vobis parua esse videbātur: O beatos illos,
 qui cum adesse ipsis, propter vim armorū, nō licebat: aderāt tamen, & in medullis populī Ro
 mani, ac visceribus herebant. nisi forte Accio tum laudi, & sexagesimo post anno palmā da
 Accius,
 ri putabatis, non Bruto, qđ iis ludis ita caruit, vt in illo apparatusimo spectaculo studiū popu
 lus Romanus tribuerit absentī, desiderū liberatoris sui ppetuo plausu & clamore leniret. E
 qđem is sum, qđ istos plausus, cum a popularibus ciuibus tribuerent, semp contempserim. idēq;
 cum a summis, mediis, infimis, cū deniq; ab vniuersis, hoc idē fit: cūq; ii, qđ ante seq; populī cō
 sensum solebāt, fugiunt: nō plausum illū, sed iudiciū puto. Sin hæc leuiora vobis vident, quæ
 Plausus
 Iudicium,
 sunt grauissima: nū etiā hoc cōtemnitis, qđ sensistis tam charā populo Ro. vitā A. Hirciī fuis
 se: Satis em̄ erat, probatū illum esse populo Romano, vt est: iucūdū amicis, in quo vincit oēs:
 charum suis, quibus est ipse charissimus. tantā tamē sollicitudinē bonorū, tantū timorē oīm
 in quo meminimus: certe in nullo. Quid igitur: hoc vos per deos immortales quale sit nō in
 terpretamini: quid eos de nostra vita cogitare censetis: quibus eorū, quos sperāt Reip. cōsul
 turos, vita tā chara sit: Cepi P. C. reuersionis meę fructū: qm̄ ea dixi, vt quicūq; casus con
 secutus esset, extaret cōscientię meę testimoniū: & sum a vobis benigne, ac diligēter auditus.
 Quę potestas si mihi sapius sine meo vestroq; periculo fiet, vtar. Si minus: quātū poterō, nō
 tam mihi me, qđ Reip. referuabo. Mihi fere satis est, qđ vixi, vel ad ætatē, vel ad gloriā. huc si
 quid accesserit: non tam mihi, qđ vobis, Reiq; publicæ accesserit.

IN M. ANTONIVM, PHILIPPICA SECVNDA.

ORATIO. XLV.



VONAM meo fato P. C. fieri dicā, vt nemo his annis viginti reip.
 hostis fuerit, qđ nō bellū eodē tēpore mihi quoq; indixerit: Nec vero
 necesse est a me quēq; nominari vobis, cū ipsi recordemini. mihi pœ
 narū illi, plusq; optarē, dederunt. te miror Antonī quorū facta imi
 tere, eorū exit⁹ nō perhorrescere. Atq; hoc in aliis minus mirabar.
 nemo illorū mihi inimicus fuit volūtarius: omnes a me Reip. cau
 sa laceffiti. tu, ne verbo qđē violat⁹, vt audacior qđ L. Catilina, furio
 sior, qđ P. Clodius viderere, vltro maledictis me laceffisti, tuāq; a me
 alienationē ad ciues ipios tibi glorię fore putauisti. Quid putē: con
 tēptū ne me: non video nec in vita, nec in gratia, nec in reb⁹ gestis,

In M. Antonium

nec in hac mea mediocritate ingenii, quid despiciere possit Antonius. An in Senatu facillime detrahi posse credidit: quod ordo clarissimis civibus bene gestę reipublicę testimoniũ multis, mihi vni conseruatę dedit. An decertare mecum voluit cõterione dicendi: hoc quidem beneficium est. quid enim plenius: quid vberius: quę mihi & pro me, & contra Antonium dicere: illud profecto est. non existimauit suis similibus probari posse, se esse hostem patrię, nisi mihi esset inimicus. Cui prius quę de ceteris rebus respondeo: de amicitia, quã a me violatã esse criminatus est, quod grauissimum crimen iudico: pauca dicamus. Contra rem suã venisse me nescio quãdo questus est. An ego non venire contra alienum pro familiari, & necessario meo: non venire contra gratiã, non virtutis specie, sed etatis flore collectã: non venire contra iniuriã: quã iste intercessoris iniquissimi beneficio obtinuit, non iure pretorio: Sed hoc idcirco commemoratũ a te puto, vt te infimo ordini cõmedares, cum oēs recordarentur libertinũ generũ, & liberos tuos nepotes Q. Fadii libertini hois fuisse. At enim te in disciplinã meam tradideras. nam ita dixisti. domũ meã ventitaras. ne tu, si id fecisses, melius famę, melius pudicitię tuę consulisses. sed nec fecisti: nec si cuperes, tibi id p. C. Curionẽ facere licuisset. Auguratus petitionẽ mihi te concessisse dixisti. O incredibilem audaciã, O impudentiã pdicandã. Quo em̄ tẽpore me Augurẽ a toto Collegio experitũ Cn. Pompeius, & Q. Hortensius nominauerunt: neq; em̄ licebat a pluribus nominari: nec tu soluẽdo eras, nec te vllõ modo nisi euersa Repub. fore incolumẽ putabas. Poteras autẽ eo tẽpore Auguratũ petere, cum in Italia Curio non esset: aut tũ, cum es factus, vnã tribũ sine Curione ferre potuisses: cuius etiã familiares de vi condemnati sunt, quę tui nimis studiosi fuissent. At beneficio sum vsus tuo. quo: quicquid illud ipsum, quod cõmemoras, semper prę me tuli. Malui me tibi debere confiteri, quę cuiquẽ minus prudenti non satis gratus videri. Sed quo beneficio: quę me Brundisii non occideris: quẽ ipse victor, quę tibi, vt tute gloriari solebas, detulerat ex latronibus suis principatũ, saluũ esse voluisset, in Italiã ire iussisset, eũ tu occideres: fac potuisses. quod est aliud P. C. beneficium latronũ, nisi vt cõmemorare possint, his se vitam dedisse, quibus non ademerint: Quod si esset beneficium: nunquẽ ii, quę illũ interfecerunt, a quo erant seruati, quos tu ipse viros clarissimos appellare soles, tantã essent gloriã cõsecuti. Quale autẽ beneficium est, quę te abstineris a nefario scelere: qua in re, nõ tã iucundũ videri mihi debuit, non interfectũ a te: quę miserũ, id te impune facere potuisses. Sed sit beneficium. quandoquidẽ maius accipi a latrone nullũ potuit. In quo potes me dicere ingraturũ: an de interitu Reip. queri non debui, ne te ingratus viderer: an in illa querela misera quẽ, & luctuosa, sed mihi p hoc gradu, in quo me Senatus populuscq; Ro. collocauit, necessaria: quid dictũ a me cum contumelia: quid non moderate: quid non amice: Et quẽ cuius tẽperantię fuit: de M. Antonio querẽtẽ, abstinere maledictõ: presertim cum tu reliquias Reip. dissipauisses: cum domi tuę turpissimo mercatu oĩa essent venalia: cum leges eas, quę nunquẽ promulgatę essent, & de te, & a te latas confiterere: cum auspicia Augur, intercessionẽ Consul sustulisses: cum esses foedissime stipatus armatis: cum oēs impuritates pudica in domo quotidie susciperes, vino lustriscq; confectus. At ego tanquẽ mihi cum M. Crasso cõtentio esset, quocũ multę, & magnę fuerunt, non cum vno gladiatore nequissimo, de Rep. grauiter querẽs, de hoie nihil dixi. itaq; hodie pficiam, vt intelligat quantũ tũ a me beneficium acceperit. At etiã literas, quas me sibi misisse diceret, recitauit homo & humanitatis expers, & vitę cõmunis ignarus. Quis em̄ vnquẽ, qui paulũ modo bonorũ consuetudinẽ nosset, literas ad se ab amico missas, offensione aliqua interposita in mediũ protulit: palãq; recitauit: Quid hoc est aliud: quẽ tollere e vita vitę societate: tollere amicorum colloquia absentiu: quẽ multa loca solent esse in epistolis: quę plata si sint, inepta esse videantur: quẽ multa seria, neq; tamẽ vllõ modo diuulgãda: Sit hoc inhumanitatis tuę. stultitiã incredibilem videte. Quid habes quod mihi opponas homo diserte: vt Mustelle Tamisio, & Tironi Numisio videris, qui cum hoc ipso tẽpore stent cum gladiis in cõspectu Senatus, ego quoq; te disertum putabo, si ostenderis quomodo sis eos inter sicarios defensurus. Sed quid oppones tãdẽ, si negẽ me vnquẽ istas literas ad te misisse: quo me teste conuincas: an chirographo: in quo habes scientiã questuosam, qui possis: sunt em̄ librarii manu. Iam inuideo magistro tuo, quę te tanta mercede, quantã iã proferã, nihil sapere docuit. Quid est minus non dico oratoris, sed hominis: quẽ obicere aduersario, quod ille si verbo negarit, longius pgredi nõ possit, quẽ obiecerit. At ego non nego: teq; in isto ipso conuincõ non inhumanitatis solũ, sed etiã amentię. Quod enim verbum in istis literis est nõ plenũ humanitatis: officii: benevolentię: omne autẽ crimẽ tuum est, quod de te in his literis non male existimẽ: quod scribam tanquẽ ad ciuem, tanquẽ ad bonum virum,

Tradere in disciplinã.

Soluendo eras.

Epistolas amicorum non diuulgandas.

Philippica. II. Fo. CCXXXIII.

non tanq̄ ad sceleratū, & latronem. At ego tuas literas, et si iure poterā a te laceſſitus, tñ non proferam: quibus petis, vt tibi per me liceat quendā de exilio reducere: adiurasq; id te inuito me, non eſſe facturū: idq; a me impetras. quid em̄ interponere audacię tuę: quā neq; auctori- tas hui⁹ ordinis, neq; exiſtimatio populi Romani, neq; leges vllę poſſent coercere! verūtame qd erat, qd me rogares: ſi erat is, de quo rogabas, Cęſaris lege reductus: ſed videlicet meā gra- tiā voluit eſſe, in quo, ne ipſius qdē vlla eſſe poterat, lege lata. Sed cū mihi P. C. & p me ali- quid, & in M. Antoniū multa dicenda ſint: alterū peto a vobis, vt pro me dicere benigne, alte- rum ipſe efficiam, vt cōtra illū cū dicā, attēte audiatīs, ſimul illud oro, ſi meam cū in omī vi- ta, tū in dicēdo moderationē, modeſtiāq; cognoscitis, ne me hodie cū iſti, vt puocauit, reſpō- delo, oblitū eſſe putetis mei, non tractabo vt Conſulē, ne ille quidem me vt Cōſularē, et ſi il- le nullo modo Conſul, vel q; ita viuit, vel q; ita Remp. gerit, vel q; ita factus eſt Conſul, ego ſi- ne vlla cōtrouerſia Cōſularis. Vt igitur intelligeretis, qualem me eſſe Conſularem profiteri- tur, obiecit mihi Conſulatū meū, qui Conſulatus verbo meus P. C. re veſter fuit, quid em̄ cō- ſtitui? qd geſſi: niſi ex huius ordinis conſilio, auctoritate, ſententiā! Hac tu homo ſapiens nō ſolū eloquēs, apud eos, quorū cōſilio, ſapiētiāq; geſta ſunt, auſus es vituperare. Quis autem meū Conſulatū, præter P. Clodiū, qui vituperaret inuētus eſt! cui⁹ quidē te fatū, ſicuti C. Cu- rionem manet: qm̄ id domi tuę eſt, qd fuit illorū vtriq; fatale. Nō placet M. Antonio Conſu- latus meus, at placuit P. Seruiliū, vt eū primū nominem, ex illius tēporis Cōſularib⁹, qui pro- xime eſt mortuus: placuit L. Catulo, cuius ſemp in hac rep. viuet auctoritas: placuit duobus Lucullis, M. Craſſo, Q. Hortenſio, C. Curioni, M. Lepido, C. Piſoni, M. Labeoni, L. Volcatio, C. Figulo, D. Syllano, L. Murenæ, qui tūc erant Conſules deſignati: placuit idem qd Conſulari- bus M. Catoni: qui cū multa, vita excedens, prouidit: tū, q; te Cōſulē nō vidit, maxime vero Conſulatū meū Cn. Pōpicius probauit: q; vt me primū decedēs ex Syria vidit: cōplexus, & gra- tulans, meo beneficio patriam ſe viſurū eſſe dixit. Sed quid ſingulos cōmemoro: frequentiffi- mo Senatū ſic placuit, vt eſſet nemo, qui mihi nō vt parētī gratias ageret: q; non mihi vitā ſuā, liberos, fortunas, temp. referret ꝓ acceptū. Sed quoniā illis, quos nominaui, tot & talibus viris, Reſpub. orbata eſt, veniamus ad eos, qui duo e cōſulari numero reliqui ſunt. L. Cotta vir ſummo ingenio, ſummaq; prudētia, reb⁹ hiis geſtis, quas tu reprehēdis, ſupplicationē de- creuit verbis ampliffimis: ei⁹, illi ipſi, quos modo nominaui, Cōſulares, Senatusq; cūct⁹ aſſen- ſus eſt, qui honos poſt cōditā hęc urbē habit⁹ eſt togato ante me nemini. L. Cęſar auſculus tuus, qua oratione, qua cōſtātia, qua grauitate ſententiā dixit in ſororis ſuę virū, vitricū tuū! hūc tu, cū auctorem, & pceptorē omniū cōſiliorū, toriuſq; vitę debuiffes habere, vitrici te ſi- milē, q; auſculi eſſe maluiſti, huius ego alienus conſiliis Conſul vſus ſum, tu ſororis fili⁹, qd ad eū vnq̄ de Rep. retuliſti! Ad quos refert dii immortales! ad eos ſcilicet, quorū nobis etiā dies natales audiēdi ſunt. hodie nō descendit Antoni⁹. cur! dat natalitia in hortis, cui! nemi- nē nominabo, putatote eū Phormioni alicui, tū Gnatonī, tū Ballioni. O ſceditatē hoīs flagi- tioſam! O impudentiā, nequitiā, libidinē nō ferendā, tu cū Principē Senatorē, ciuem ſingula- rē, tā propinquū habeas, ad eū de Rep. nihil refers: ad eos refers, qui domū ſuā nullā habent, tuā exhauriūt, tuus videlicet ſalutaris Conſulatus, pernicioſus meus: adeo ne pudorē cū pu- dicitia pdidiſti! vt hoc in eo templo dicere auſus ſis, in quo ego Senatū illū, qui quondam flo- rens orbi terrarū præſidebat, cōſulebam: tu hoīes perditiffimos cum gladiis collocauiſti. At etiā auſus es: quid autē eſt, qd tu non audeas! Cluiū Capitolinū dicere me Cōſule plenum ſer- uorū armatorū fuiſſe, vt illa credo nefaria Senatuſcōſulta tū fierent, vim afferebam Senatū, O miſerū, ſiue illa tibi nota non ſunt, niſi enim boni noſti, ſiue ſunt, qui apud tales viros tā impudenter loquere, quis em̄ Eques Romanus! quis præter te adoleſcens nobilis! quis vllius ordinis! qui ſe ciuem meminiffet, cū Senatus in hoc templo eſſet, in Cluiō Capitolino non fuit! quis nomen non dedit! q̄q; nec ſcribæ ſufficere, nec tabulæ nomina illorū capere potue- rūt. Etenim cū homines nefarii de patrię parricidio confiterent, conſciōrū indiciis, ſua ma- nu, voce pene literarū coacti, ſe urbem inflāmare, ciues trucidare, vaſtare Italiam, delere rep. conſenſiſſe: quis eſſet, qui ad ſalutē cōmunē defendendā non excitaret! præſertim cū ſenatus populūſq; Ro. haberet ducem, qualis ſi qdē nūc eſſet, tibi idē, qd illis accidit, cōtrigiffet. Ad ſepulturā corpus vitrici ſui negat a me datū. Hoc vero ne P. qdem Clodi⁹ dixit vnq̄, quē, ga- iure ei ſui inimic⁹, doleo a te iā omnib⁹ vitiis eſſe ſuperatū. Qui autē tibi venit in mētē, redi- gere in memoriā noſtrā, te domi P. Lēruli eē educatū: an verebare, ne nō putarem⁹ natura te

GG

ꝓ acceptam

Natalitia,
Parafitorū
nomina,

Vox pene
literarum,

Redigere i
memoriā,

In M. Antonium

potuisse tam improbum euadere, nisi accessisset etiam disciplina! Tā autē eras excors, ut tota in oratione tecū ipse pugnares: ut nō modo nō coherentia inter se diceres, sed maxime disticta, atq; cōtraria: ut nō tanta mecū, quanta tecū tibi esset cōtentio. Vitricū tuū in tanto fuisse scelere fatebare, pœna affectū q̄rebare. Ita qđ propriū meū est, laudasti: qđ totius Senatus est, reprehendisti, nā cū cōprehēsiō fontū, mea, animaduersio, Senatus fuerit, homo disertus non intelligit eū, quē cōtra dicit, laudari a se: eos, apud quos dicit, vituperari. Iam illud cui⁹ est nō dico audacię (cupit em̄ se audacē dici) sed, qđ minime vult, stultitię: qua vincit oēs: cū uī Capitolini mentionē facere: cū inter subsellia nostra versent armati: cū in hac cella Cōcordię (o dii immortales) in qua me Cōsule salutare sententię dicte sunt, qbus ad hanc diē viximus, cū gladiis homines collocati stent. Accusa senatū, accusa equestrē ordinē, qui tū cū a se natu copulat⁹ fuit: accusa oēs ordines, omnes ciues: dū cōfiteare hunc ordinē, hoc ipso tempore, ab Ithyreis circūfederi. Hęc tu nō ppter audaciā dicis tā impudēter: sed, qui tantarum rerū repugnantia nō videas, nihil profecto sapias, quid est em̄ demētius! q̄ cū ipse contra rep. pernicioſa arma ceperis, obicere alteri salutaria! At etiā quodā loco facetus esse voluisti, q̄ id (dii boni) non decebat. in quo est tua culpa nulla, aliquid em̄ salis ab vxore mīma trahere potuisti. Cedant arma toge, qđ tū: nonne cesserunt! at postea tuis armis cessit toga, quāramus igit vtrū melius fuerit: libertati populi Romani, sceleratorū arma, an libertatē nostrā armis tuis cedere! Nec vero tibi de versibus respondebo, tantū dicā breuiter: neq; illos, neq; vllas te oīno literas nosse, me nec Reip. nec amicis vnq̄ defuisse: & tñ omni genere monimētōrū meorū perfectē esse operis subcisiuis, ut meę vigilię, meęq; literę & iuuentuti vtilitatis, & nō mini Romano laudis aliqd afferrēt. Sed hoc nō huius tēporis, ad maiora veniamus. P. Clodii meo cōsilio interfectū esse dixisti, quidnam hoīes putarent, si tū occisus esset, cū tu illū ī foro spectante populo Ro. gladio stricto īsecutus es: negotiumq; transegisses, nisi ille se sub scalas tabernę librarię cōiecisset: hisq; oppilatis impetū tuū cōpressisset! Sed quid? ego fauise me tibi fateor, suasisse ne tu quidē dicis, at Milonī ne fauere quidē potui, pri⁹ em̄ rem trāsegit, q̄ quisq; tum suspicaret eū facturum esse. At ego suasi, scilicet is animus erat Milonis, ut prodesse Reip. sine suatore nō posset! At letatus sum, quid ergo: in tanta letitia cunctę ciuitatis me vnū tristē esse oportebat: qđ de morte P. Clodii fuit quęstio nō satis prudēter illa quidē cōstituta, quid em̄ attinebat noua lege quari de eo, qui hominē occidisset, cū esset legibus quęstio cōstituta: quāsitū est tamen, quid ergo: cū res agebat, nemo in me dixit: & tot annis post tu es inuentus, qui diceres! Quod vero dicere ausus es, idq; multis verbis, opera mea Pompeiū a Cęsarī amicitia esse disiūctū, ob eamq; causam mea culpa ciuile bellū esse natum: in eo non tu quidem tota re, sed, quod maximum est, temporibus errasti. Ego M. Bibulo prestantissimo ciue Consule, nihil prætermisi quantum facere, enitiq; potui, quin Pompeium a Cęsarī coniunctione auocarem, in quo Cęsar fuit felicior, ipse enim Pompeium a mea familiaritate disiunxit. Postea vero q̄ se totum Pōpeius Cęsarī tradidit, quid ego illū ab eo distrahere conarer! stulti erat sperare, suadere impudentis. Duo tamen tempora inciderunt, quib⁹ aliquid contra Cęsarem Pompeio suaserim: ea velim reprehendas si potes, vnū, ne quinquennū imperium Cęsarī prorogaretur, alterum, ne pateretur fieri, ut absentis eius ratio haberetur, quorum si vtrūuis persuasissem, in has miseras nunq̄ incidissemus. Atq; idem ego cum iam omnes opes suas & Reip. Pompeius ad Cęsarem derulisset, seroq; eadem sentire cœpisset, quę ego ante multo prouideram: inferriq; patrię bellum nefarium viderem: pacis, concordia, compositionis auctor esse non destiti, meaq; illa vox est nota multis: vtinam Cn. Pōpei cum C. Cęsare societatem aut nunq̄ coisses, aut nunq̄ diremisses, fuit alterum grauitatis, alterum prudentię tuę. Hęc mea M. Antoni semper & de Pompeio & de Reip. consilia fuerunt, quę si valuissent, Resp. staret: tu tuis flagitiis, egestate, infamia, concidisses. Sed hęc vetera, illud vero recens, Cęsarem meo consilio interfectum, iam vereor P. C. ne, qđ turpissimum est, præuaricatorem mihi apposuisse videar, qui me non solum meis laudibus ornaret, sed etiam honoraret alienis, quis enim meum in istius societate gloriosissimi facti nomen audiuit: cuius autē, q̄ in eo numero fuisset, nomē est occultatū: occultatū dico: cuius nō statim diuulgatum: citius dixerim iactasse se aliquos, ut fuisse in ista societate viderentur socii, cū socii nō fuissent, q̄ vt quisq; celare vellet. Q̄ verisimile porro est in tot hominib⁹ partim obscuris, partim adolescentibus, neminem occultantibus, meum nomen latere potuisse! Etem si auctores ad liberandam patriam desiderarent illis auctorib⁹, Brutos ego impellerē!

Operis sub
cisiuis scri-
psit Cic.
Clodii cę-
des,
Libraria
taberna.

Ciceronis
vox de con-
cordia Pō-
pei & Cęsa-
ris,
Præuarica-
tor.

Cęsarī in-
terfectores.

Philippica. II. Fo. CCXXXIII.

quorum uterq; L. Bruti imaginē quotidie videret: alter, etiā Halē. His igitur maioribus orti ab alienis potius consilium peterent, quam a suis: & foris potius, quam domi. Quid? C. Cassius in ea familia natus, quæ non modo dominatum, sed ne potestatem quidem cuiusquam ferre potuit, me auctorem credo desideravit: qui etiam sine his clarissimis viris, hanc rem in Ciliciam ad ostium fluminis Cydni cōfecisset, si ille ad eam ripam, quæ constituerat, non ad contrariam navis applicuisset. Cn. Domitium non patris interitus clarissimi viri: non avunculi mors: non spoliatio dignitatis, ad recuperandam libertatem, sed mea auctoritas excitavit. An C. Trebonio persuasi: cui ne suadere quidem ausus essem: quo etiam maiorem ei Respublicæ gratiam debet, quam libertatem populi Romani unius amicitiam præposuit: depulsorque dominatus, quam particeps esse maluit. An L. Tullius Cimber me auctorem securus: quæ ego magis fecisse illam rem sum admiratus, quam facturum putavi. admiratus sum autem ob eam causam, quod immemor beneficiorum, memor patriæ fuisset. Quid duos Seruilios, Calpas dicam, an Halas: & hos auctoritate mea censetis excitatos potius, quam charitate Reipublicæ? Longum est persequi ceteros: idque Reipublicæ, præclarum, fuisse tam multos, tum multo ipsis gloriosius est. At quemadmodum me coarguerit homo acutus, recordamini. Casare interfecto inquit statim cruentum alte extollens M. Brutus pugionem, Ciceronem nominatim exclamavit, atque ei recuperatam libertatem est gratulatus. Cur mihi potissimum: qui sciebam. Vide ne illa causa fuerit appellandi me: quod cum rem gessisset consimilem rebus istis, quas ipse gesserat: me potissimum testatus est, se æmulum mearum laudum extitisse. Tu autem omnium stultissime non intelligis, si id, quod me arguis, voluisse interfici Cæsarem, crimen sit, etiam lætatum esse morte Cæsaris, crimen esse, quid enim interest inter suaforem facti: & probatorem: aut quid refert utrum voluerim fieri: an gaudeam factum: æquis est igitur, te excepto, quod illum regnare gaudebas, qui illud aut fieri noluerit: aut factum improbarit: oes enim in culpa, etenim oes boni, quantum in ipsis fuit, Cæsarem occiderunt. aliis consilium, aliis animus, aliis occasio defuit: voluntas nemini. Sed stuporem hominis, vel dicam pecudis, attendite. sic enim dixit, M. Brutus, quem ego honoris causa nomino, cruentum pugionem tenens, Ciceronem exclamavit, ex quo intelligi debet eum conscium fuisse. Ergo ego sceleratus appellor a te, quæ tu suspicatum aliquid suspicaris: ille, qui stillantem præ se pugionem tulit, is a te honoris causa nominatus esto, sit in verbis tuis hic stupor, quanto in rebus sententiisque maior: constitue hoc consul aliquid quando: Brutorum, C. Cassii, Cn. Domitii, C. Trebonii, reliquorum, quæ velis causam esse: edormire crapulam inquam, & exhalare. an faces admouende sunt: quæ te excitent tantæ causæ indormiente. nunquam intelligis statuendum tibi esse, utrum illi, qui istam rem gesserunt, homicidii rei sint, an vindices libertatis. Attende enim paulisper, cogitationemque sobrii hominis ad punctum reponis suscipere. & ego, qui sum illoque, ut ipse fateor, familiaris, ut a te arguor, socius, nego quicquam esse medium. cōfiteor eos, nisi liberatores populi Romani, conservatoresque reipublicæ, sint, plus quam sicarios, plus quam homicidas, plus etiam quam parricidas esse, siquidem est atrocius patriæ parentem, quam suum occidere. Tu homo sapiens & cōsiderate quod dicis: si parricide, cur honoris causa a te sunt & in hoc ordine, & apud populum Romani, semper appellati: cur M. Brutus te referere legibus est solutus, si ab urbe plus quam decem dies abfuisse: cur ludii Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrati: cur provincie Cassio & Bruto date: cur questores additi: cur legatorum numerus additus? Atque hæc acta per te, non igitur homicide. Sequitur ut liberatores tuo iudicio sint, quandoquidem tertium nihil potest esse. Quid est: num conturbo te: non enim fortasse satis, quam distinctius dicunt, intelligis, sed tamen hæc est summa cōclusionis meæ: quoniam scelere a te liberati sunt, ab eodem te amplissimis præmiis dignissimi iudicati sunt. Itaque iam retexo orationem meam, scribam ad illos, ut si qui forte, quod a te mihi obiectum est, quaerent sit ne verum: ne cui negent, etenim vereor, ne aut celatum me ab ipsis, illis non honestum, aut inuitatum refugisse, mihi sit turpissimum, quæ enim res unquam (pro sancte Iupiter) non modo in hac urbe, sed in omnibus terris est gesta maior: quæ gloriosior: quæ cōmendatior erit hominum memoriæ sempiternæ: In huius me consilii societate, tanquam in equum Troianum includi cum principibus non recuso. Ago etiam gratias, quoquo animo facis, tanta enim res est, ut invidia ista, quæ tu in me vis concitare, cum laude non comparere. quid enim beatius illis quos tu expulsos a te prædicas, & relegatos: qui locus est aut tam desertus, aut tam inhumanus, quam illos, quo accesserint, non affari, atque appetere videat: qui homines tam agrestes, qui se, cum eos aspexerint, non maximum cepisse vitæ fructum putent: quæ vero tam immemor posteritas: quæ tam ingrata litera reperient: quæ eorum gloriam non immortalitatis memoria prosequantur. Tu vero ascribe me talem in numerum, sed unam rem vereor, ne non probes, si enim fuisset, non solum regem, sed regnum etiam de Republica sustulisset: & si meus stylus ille fuisset (ut dicitur) mihi cre-

In Ciliciā.

Hominis
vel dicam
pecudis.

Edormire.

Equus Tro-
ianus.

In M. Antonium

de, non solū vnū actū, sed totā fabulā cōfecissē. q̄q̄ si interfici Cēsare voluisse crimen est, vīa de quēso Antoni, qd tibi futurum sit, quē & Narbone hoc cōsiliū cū C. Trebonio cepisse notissimū est: & ob eius cōsiliū societate, cū interficeret Cēsare, tū te a Trebonio vidimus seuoari. Ego autē, vide q̄ tecū agam nō inimice: q̄ bene cogitasti aliq̄n, laudo: q̄ non indicasti, gratias ago: q̄ non fecisti, ignosco. virū res illa querebat. Qz si te in iudiciū quis adducat, vsurpetq̄ illud Cassianū, Cui bono fuerit, vide quēso ne hēreas. q̄q̄ quidē illud fuit, vt tu dicebas, omnibus bono, qui vni seruire nolebant: tibi tñ prācipue, q̄ nō modo nō seruis, sed etiam regnas: qui maximo te are alieno ad aedem Opis liberaisti: qui per easdē tabulas innumerabile pecuniam dissipauisti: ad quem e domo Cēsaris tā multa delata sunt: cuius domus quattuorissima est falsorum cōmentariorū, & chirographorū officina: agrorū, oppidorū, immunitatū, vectigaliū, flagitiosissimā nundinā. etem quē res egestatē, & eri alieno tuo p̄ter mortē Cēsaris subuenire potuisset! Nescio quid cōrurbatus mihi esse videris. nunquid subrimes, ne ad te hoc crimen pertinere videat! liberabo te metu, nemo credet vnq̄, non est tuū de Rep. bene mereri, habet istius pulcherrimi facti clarissimos viros Resp. auctores: ego te dico tantū gaudere, fecisse non arguo. Respondi maximis criminibus. nunc etiam reliquis respondendū est.

Castra mihi Pōpēii, atq̄ omne illud tempus obiecisti. quo quidē tempore si, vt dixi, meum consilium, auctoritasq̄ valuisset, tu hodie egeres, nos liberi essemus, Respu. non tot duces, & exercitus amisisset. fateor enim me, cū ea, q̄ acciderūt, prouiderē futura, tāta in moestitia fuisset, quanta ceteri optimi ciues, si idē prouidissent, fuissent. Dolebā, dolebā P. C. Rempu. vestris quondā meisq̄ cōsiliis cōseruatā breui tēpore esse periturā: neq̄ vero erā tā indoctus, ignarusq̄ rerū, vt frāgerer aīo, p̄pter vitē cupiditatē: q̄ me manēs cōficeret angorib⁹, dimissa molestiis omnibus liberasset. illos ego p̄stantissimos viros, lumina Reip. viuere volebā, tot Cōsulares, tot Prātorios, tot honestissimos Senatores, omnē p̄terea florē nobilitatis, ac iuuenturis, tū optimorū ciuiū exercitus: qui si viuerent, quīs iniqua conditione pacis (mihi enim omnis pax cum ciuib⁹ bello ciuili vtilior videbat) Remp. hodie teneremus. Quē sentētia si valuisset, ac nō ita maxime, quorū ego vitē cōsulebā, spe victoriē elati obstitissent, vt alia omit tam, tu nunq̄ in hoc ordine, vel potius nunq̄ in hac vrbe mansisses. At vero Cn. Pōpēii voluntatē a me abalienabat oratio mea. an ille quēq̄ plus dilexit: cū vllō aut sermones, aut cōsilia cōtulit sapius: qd quidē erat magnū, de summa re dissentientes, in eadē cōsuetudine amicitie permanere. sed & ego quid ille, ecōtra ille quid & ego sentirem & spectare videbat. ego in columitatē ciuiū primū, & postea dignitatē: ille p̄senti dignitatē potius cōsulebat. q̄ autē habebat vterq̄ quid sequerēt, idcirco tolerabilior erat nostra dissensio. Quid vero ille consularis vir, ac pene diuinus de me senserit, sciunt qui eū Pharsalica fuga Paphū profecuti sunt, nunq̄ ab eo mentio de me, nisi honorifica, nisi plena amicissimi desiderii: cū me vidisse plus fateretur, se sperauisse meliora. & eius viri noīe me insectari audes, cuius me amicū, te sectorem esse fateare! Sed omittat bellū illud, in quo tu nimīū felix fuisti. Ne iocis quidē respōdebo, quibus me in castris vsum esse dixisti. erant quidē illa castra plena curā. verūtāme hoīes, quis in turbidis rebus sint, tamen si modo hoīes sunt, interdum animis relaxantur. Qz autē idem moestitiam meam reprehendit, idē iocū: magno argumento sit, me in vtroq̄ fuisse moderatum. Hæreditates mihi negasti venire. Vtinam hoc vnum verum crimen esset. plures amici mei, & necessarij viuerent. sed qui istuc tibi venit in mētem: ego enim amplius HS. ducenties acceptum hæreditatibus retuli. q̄q̄ in hoc genere fateor feliciorē esse te. me nemo nisi amicus fecit hæredem: vt cū illo cōmodo, si quod erat, animi quidā dolor iūgerēt. te is, quē nunq̄ vidisti, L. Rubrius Cassina fecit hæredem. & quidē vide, q̄ te amarit is, qui alb⁹ ater ve fueris ignorans, fratris filiū p̄terierit: Q. Furiū honestissimi equitis Romani, suiq̄ amicissimi, quem palam hæredem semper factitabat, ne nomen quidem perscripsit: quē nunq̄ viderat, ac ne vnq̄ salutauerat, fecit hæredem. Velim mihi dicas, nisi molestum est, L. Turseci⁹ qua facie fuerit: qua statura: quo municipio: qua tribu: nihil scio, inquires, nisi q̄ p̄dia habuerit. igit̄ fratrem exheredans te faciebat hæredē. In multas p̄terea pecunias alienissimorū hominū eiectis veris hæredib⁹, tanq̄ hæres esset, inuasit. q̄q̄ hoc maxime admirat⁹ sum, mētionē te hæreditatū ausum esse facere, cū ipse hæreditatē patris non adisses. hæc vt colligeres homo amentissime, tot dies in aliena villa declamasti: q̄q̄ tu quidem (vt tui familiarissimi dictitant) vini exhalandī, nō acuēdī ingenii causa declamasti. Tū vero adhibes iocī causa magistrū suffragio tuo, & cōpotorū tuorū Rhetorē: cui cōcessisti, vt in te quē vellet diceret: falsum omnino ho-

Cassianum

dictum.

Econtra.

Sector.

Hoīes et i

turbidis re

bus interdū

animis rela

xantur.

Albus ater

ve.

mi, quem palam

hæredem semper

factitabat, ne

nomen quidem

perscripsit: quē

nunq̄ viderat,

ac ne vnq̄ salutauerat,

Philippica. II. Fo. CCXXXV.

minem: sed materia facilis in te & in tuos dicta dicere. Vide autem inter te & auum tuum quod in
terfir. ille sensim dicebat, quod causa pdesset. tu cursim dicis aliena. At quanta merces Rhetori
data est! Audite, audite P. C. & cognoscite reip. vulnera: duo millia iugerum Capi Leontini Sex.
Clodio Rhetori assignasti, & quod immunia, ut pro tanta mercede nihil sapere disceres. num
etiam hoc homo audacissime ex Cesaris comertariis! Sed dicam alio loco de Leontino agro, &
de Campano, quos iste agros ereptos Reip. turpissimis possessoribus inquinavit. Iam enim quo
niam criminibus eius satis respondi, de ipso emendatore & correctore nostro quedam dicenda sunt.
nec enim omnia effundam. ut si sepius decertandum sit, ut erit, semper novus veniam, quam facultate
tem mihi multitudo istius viriorum, peccatorum largitur. Vis ne igitur te inspiciamus a puero! sic
opior. a principio ordiamur. Tenes ne memoria pretextatum te decoxisse! patris inquit ista cul
pa est. concedo. etenim est pietatis plena defensio: illud tamen audacia tua, quod sedisti in quattuor
decim ordinibus, cum esset lege Roscia decoctoribus certus locus constitutus: quis qui fortunam
vitio non suo decoxisset. Sumpisti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti.
primo vulgare scortum: certa flagitii merces, nec ea parua. sed cito Curio interuenit, qui te a me
retricio questu abduxit: & tanquam stolam dedisset, in matrimonio stabili, & certo locauit. nemo
unquam puer emptus libidinis causa tam fuit in domini potestate, quam tu in Curionis. quoties te
pater eius domo sua eiecit: quoties custodes posuit, ne limen intrares: cum tamen tu nocte so
cia, hortante libidine, cogente mercede, per tegulas demitterere. quod flagitia domus illa diuti
ferre non potuit. scis ne me de rebus mihi notissimis dicere! Recordare tempus illud, cum pa
ter Curio mœrens iacebat in lecto: filius se ad pedes meos prosternens lachrymas te mihi com
mendabat: orabat ut te contra suum patrem, si Sesterium sexagies peteret, defenderem. tantum enim
pro te intercessisse dicebat. Ipse autem amore ardens, confirmabat, quod desiderium tui dissidium fer
re non posset, se in exilium esse iturum. Quo ego tempore tanta mala florētissime familie sedavi, vel
potius sustuli, patri persuasi, ut res alienam suam dissolueret: redimeret adolescentem summa spe,
& animi, & ingenii præditum rei familiaris facultatibus: eumque a tua non modo familiaritate,
sed etiam congressione patrio iure & potestate prohiberet. Hec tu, cum per me acta meminif
ses: nisi illis, quos videmus, gladiis confideres, maledictis me prouocare ausus esses! Sed iam stu
pra & flagitia omittam. sunt quedam, que honeste non possum dicere. tu autem eo liberior, quod
ea in te admisisti, quae a verecundo inimico audire non posses. Sed reliquam cursum videte. que
quidam celeriter perstringam. ad hæc enim, quae in civili bello, in maximis Reip. miseriis fecit, & ea
quae quotidie facit, festinat animus. que peto, ut quam multo notiora vobis, quam mihi sunt, tamen
ut facitis, attente audiatis. debet enim talibus in rebus excitare animos non cognitio solum re
rum, sed etiam recordatio: tamen si incidamus oportet media, ne nimis sero ad extrema veniam.
Intimus erat in tribunatu Clodio, qui sua erga me beneficia commemorat, eius omnium incen
diorum fax. cuius etiam domi quiddam iam tum molitus est. quid dicam, ipse optime intelligit.
Inde iter Alexandriam contra senatus auctoritatem, contra religiones, sed habebat ducem Ga
binium, quicum quiduis rectissime facere posset. Qui tamen inde reditus: aut qualis! prius in ultimam
Galliam, ex Aegypto, quam domum, quae autem erat domus: suam enim quisque domum tamen obrinebat, neque
erat usque tua. domum dico: quid erat in terris, ubi in tuo pedem poneret: præter unum Misenum,
quod cum sociis tanquam Sisaponem tenebas. Venisti e Gallia ad Quæsturam petendam. aude dicere pri
us ad patrem tuum venisse, quam ad me. acceperam enim iam ante Cesaris literas, ut mihi satisfieri pa
teret a te. itaque ne loqui quidem sum te passus de gratia. postea custoditus sum a te, tu a me ob
seruatus in petitione Quæsture. quo quidem tempore P. Clodium approbante populo Roma
no in foro es conatus occidere. cumque eam rem tua sponte conarere, non impulsu meo: tamen ita
predicabas, te non existimare, nisi illum interfecisses, unquam mihi pro tuis in me iniuriis satis esse
facturum. In quo demiror, cur Milonem impulsu meo rem illam egisse dicas, cum te ultro mihi idem
illud deferentem nunquam sim adhortatus. quamquam, si in eo perseverares, ad tuam gloriam rem illam re
ferri malebam, quam ad meam gratiam. Quæstor es factus. deinde continuo sine Senatusconsulto, si
ne forte, sine lege ad Cesarem cucurristi. id enim unum in terris egestatis, eris alieni, nequitie,
perditis vitæ rationibus per fugium esse ducebas, ibi te cum & illius largitionibus, & tuis rapinis
expleuisses (si hoc est explere, quod statim effundas) aduolans egens ad Tribunatum, ut in eo ma
gistratu, si posses, vitrici tui similis esses. Accipite nunc queso non ea, quae ipse in se, atque in do
mesticum dedecus impure, atque intemperanter, sed quae in nos, fortunamque nostras, id est uniuersam
fam Remp. impie ac nefarie fecerit. ab huius enim scelere omnium malorum principium na
GG iiii

Dicta.

Criminari
Anto. inci
pit.

Decoctor
res.

Intercede
re.

Sisapo.

Explete.

In M. Antonium

Ceruices. rum reperietis. Nam cū L. Lentulo, C. Marcello cōsulibus, Cal. Ian. labentē, & propē cadētem Remp. fulcire cuperetis: ipsiq; C. Cēsari, si sana mente esset, cōsulere velletis: tū iste venditum, atq; mancipatū Tribunatum, consiliis vestris opposuit, ceruicesq; suas ei subiecit securi, quā multi in minoribus peccatis occiderunt. In te autē M. Antoni id decreuit Senatus, & quidē incolumis, nondū tot luminaribus extinctis, qd̄ in hostem togatum decerni est solitū more maiorū. & tu apud Patres cōscriptos cōtra me dicere ausus es, cū ab hoc ordine ego cōseruator essem, tu hostis Reip. iudicatus. cōmemoratio illius tui sceleris intermissa est, nō memoria deleta, dū genus hominū, dū populū Ro. nomen extabit: qd̄ qdē erit, si per te licuerit, semperpiternū: tua illa pestifera itercessio nominabit. Quid cupide a Senatu, quid temere fiebat: cū tu vnus adolescēs vniuersum ordinē decernere de salute Reip. prohibuisti: neq; id semper, sed sapius, neq; tu tecū de Senatus auctoritate agi passus es, quid autem agebat: nisi ne delere & euertere Remp. funditus velles: cū te neq; principes ciuitatis rogādo, neq; maiores natu monendo, neq; frequens Senatus agendo, de vēdita atq; addicta sententiā mouere poruit: Tū illud, multis ante tentatis, necessario tibi vulnus inflicū, qd̄ paucis ante te, quorū incolumis fuit nemo. tum cōtra te dedit arma hic ordo consulibus, reliquisq; Imperiis, & potestatibus, quā nō effugisses, nisi te ad arma Cēsaris cōtulisses. Tu, tu inquam M. Antoni p̄iceps C. Cēsari perturbare oīa cupienti, causam belli cōtra patriā inferendi dedisti. quid enim aliud ille dicebat: quā causam demētissimi sui cōsiliū, & facti afferebat, nisi q̄ itercessio neglecta, ius Tribunitium sublatū, circūscriptus esset Antonius: omitto q̄ hęc falsa, q̄ leuia, p̄sertim cū oīa no nulla causa iusta cuiq; esse possit, cōtra patriā arma capiēdi. Sed nihil de Cēsare. tibi certe cōstendū est, causam perniciosissimi belli in p̄sona tua cōstitisse. O miserū te, si intelligis: miseriorē, si nō intelligis, hoc literis mandari, hoc memorię prodī, huius rei ne posteritatē qd̄ de omniū seculorū vnq; immemorē fore: Cōsules ex Italia expulsos, cūq; his Cn. Pōpēiū, q̄ imperiū populū Ro. decus, ac lumen fuit: oēs cōsulares, q̄ p̄ valetudinē exequi fugā illā, cladēq; potuissent: Pratores, Prætorios, Tribunos plebis, magnā partē Senatus, omnē sobolē iuueturis, vnoq; verbo Remp. expulsam, atq; exterminatā suis sedibus. Vt igit̄ in seminib; causa est arborū, & stirpiū, sic huius luctuosissimi belli semen tu fuisti, doletis tres exercitus populū Ro. interfectos. Interfecit Antoni; desideratis clarissimos ciues. eos quoq; eripuit vobis Antoni; auctoritas hui; ordinis afflicta est, affixit Antoni; oīa deniq; q̄ postea vidimus: qd̄ aut̄ malū nō vidim; si tecte ratiocinabimur, vni accepta referem; Antonio. vt Helena Troianis, sic iste reipub. causa belli, causa pestis, atq; exitiū fuit. Reliquæ partes Tribunat; p̄cipio similes. oīa perfecit, quæ Senatus, salua Rep. ne fieri possent, perfecerat. cuius tamen scelus in scelere cognoscite. Restituebat multos calamitosos. in his patruī nulla mētio, si seuerus, cur nō in oēs si misericors, cur non in suos: sed omitto ceteros. Liciniū Lenticulam de alea cōdemnatum collusorem suū restituit. quasi vero ludere cū cōdemnato non liceret. sed vt qd̄ in alea perdiderat, beneficio legis dissolueret. quam attulisti rationem populo Romano, cur eū restitui oportet: absentē credo ī reos relatū, rem iudicatā, nullū fuisse de alea lege iudiciū, vi oppressum & armis: postremo qd̄ de patruo dicebatur, pecunia iudiciū esse corruptum. nihil horū. At vir bonus, & Rep. dignus. nihil id qd̄ ad rem. ego tamen, quoniam cōdemnatū esse pro nihilo vis, si ita esset, ignoscerē. hominē vero omniū neq;ssimū, q̄ non dubitaret vel in foro alea ludere, lege q̄ est de alea cōdemnatū, q̄ in integrū restituit, is nō apertissime studiū suū ipse p̄fiteret: In eodē vero Tribunatu, cū Cēsari in Hispaniā p̄fiscēs, huic conculcandā Italiā tradidisset, q̄ fuit eius peragratio itinerū: lustratio municipiorū: Scio me ī rebus celebratissimis sermone omniū versari: eaq; quę dico, dicturusq; sum, notiora oībus esse, qui ī Italiā tū fuere, q̄ mihi, qui nō fui. notabo tū singulas res, etsi nullo modo poterit oratio mea satisfacere vestre scientię. etem qd̄ vnq; in terris tantū flagitiū extitisse auditū est: tantā turpitudinē: tantū dedecus: Vehēbat in essedo Tribunus pl. lictores laureati antecedebat, inter quos aperta lectica mimā portabat: quā ex oppidis municipales hoīes honesti obuiā necessario p̄deūtes, nō vero illo, & mimico noīe, sed Volumniā salutabant. sequebat̄ Rheda cū lenonib;, comites neq;ssimi. reiecta mater amicā impuri filii tāq; nurū sequebat̄. O miserę mulieris fœcūditatē calamitosam. horū flagitiorū iste vestigiis oīa Municipia, Præfecturas, Colonias, totam deniq; Italiā impressit. Reliquorū factorū eius P. C. difficilis est sane reprehensio, & lubricus versatus in bello est. saturauit se sanguine dissimillimorum sui ciuium: fuit felix, si potest vlla esse in scelere felicitas. Sed quoniam veteranis cautum esse volumus, q̄q; dissim

**Cōdemnatū
de alea.**

**Alea lude
re.**

Essedum.

**Volumnia
Mima.**

militis est militum causa, & tua: illi secuti sunt, tu quesisti ducere: tamen, ne apud illos me in inuidiam
 voces, nihil de genere belli dicam. Victor Thessalia Brundisium cum legionibus reuertisti: ibi
 me non occidisti, magnum beneficium, potuisse enim fateor. quod nemo erat eorum, qui tunc
 tecum fuerit, qui mihi non censeret parci oportere. tanta enim est charitas patriae, ut vestris
 etiam legionibus sanctus essem, quod eam a me seruatum esse meminissent. sed fac te dedisse mihi,
 quod non ademisti: meque a te habere vitam, quia a te non sit erepta: liceat nunc mihi per tuas con-
 tume-
 lias hoc beneficium sic tueri, ut tuebar, praesertim cum te haec iudicaturum videres. Venisti Brundu-
 sium in sinum quidem & complexum tuum mimule, quid est: num mentior? quod miserum est id negare non
 posse, quod sit turpissimum confiteri. si te municipiorum non pudebat, ne veterani quidem exercitus?
 quis enim miles fuit, qui Brundisium illam non viderit? quis, qui nescierit venisse eam tot dierum
 tibi viam gratulatum: quis qui non indoluerit tam sero se, quem hominem secutus esset, cognosce-
 re? Itaque rursus percuratio eadem comite mimae: in oppida, militum crudelis & misera deductio:
 in vrbe auri & argenti maximeque vini foeda direptio. Accessit, ut Cesare ignaro, cum esset ille
 Alexandriae, beneficio amicorum eius magister equitum constitueretur, tum existimauit se suo iure
 cum Hippia viuere, & equos vectigales Sergio mimo tradere. Quid ego istius decreta: quid ra-
 pinas: quid hereditatum possessiones datas: quid ereptas proferam: cogebat egestas: quo se ver-
 teret non habebat: nondum ei tanta a L. Rubrio, non a L. Tursecio hereditas venerat: nondum in
 Cn. Pompeii locum, multorumque aliorum, qui aberant, repentinus heres successerat: erat ei viuendum
 latronum ritu, ut tantum haberet, quantum rapere potuisset. Sed haec, quae robustioris improbitatis
 sunt, omittamus: loquamur potius de iniquissimo genere leuitatis. Tu istis faucibus, istis late-
 ribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate, tantum vini in Hippiae nuptiis exhauseras, ut
 tibi necesse esset in populi Romani conspectu vomere postridie. O rem non modo visu fo-
 dam, sed etiam auditu. si inter cenam, in tuis immanibus illis poculis, hoc tibi accidisset, quod non
 turpe diceret: in coetu vero populi, negotium publicum gerens, magister equitum, cui ructare tur-
 pe esset, is vomens frustis esculetis vinum redolentibus, gremium suum, & totum tribunal impleuit. Sed
 hoc ipse fateatur esse in suis fordibus. veniamus ad splendida. Caesar Alexandriam se recepit
 felix, ut sibi quidem videbatur: mea autem sententia, si quis Reipublicae sit infelix, felix esse non potest:
 hasta posita pro aede Iouis Statoris, bona (miserum me: consumptis enim lachrymis, tamen infel-
 xus animo heret dolor) bona inquam Cn. Pompeii Magni voci acerbissime subiecta praconis.
 vna in illa re seruitutis oblita ciuitas ingemuit: seruientibusque animis gemitus tamen popu-
 li Romani liber fuit. expectantibus omnibus, qui nunc esset tam impius, tam demens, tam diis hominibusque ho-
 stis, qui ad illud scelus sectionis auderet accedere: inuentus est nemo, praeter Antonium: praeser-
 tim cum tot essent circa hastam illam, qui alia omnia auderent. vnus inuentus est, qui id aude-
 ret, quod omnium fugisset, & formidasset audacia. Tantus igitur te stupor oppressit: vel, ut veri-
 dicam, tantus furor: ut primum, cum sector sis isto loco natus, deinde cum Pompeii sector, non te execran-
 dum populo Romano, non detestabilem, non omnes tibi deos, omnes homines, & esse inimicos, & futuros
 scias: At quod insolenter statim helluo inuasit in eius viri fortunas: cuius virtute terribilior erat
 populus Romanus exteris gentibus, iustitia charior. In eius igitur copias cum se subito ingurgi-
 tauisset, exultabat gaudio persona de mimo, modo egens, repente diues. sed ut est apud poetam
 nescio quem, male parta, male dilabunt: incredibile ac simile portentum est, quoniam modo illa tam
 multa, quae paucis non dico mensibus, sed diebus effuderit, maximus vini numerus fuit, praeter
 optimi pondus argenti, preciosa vestis, multa & lauta suppellex, & magnifica multis locis, non
 illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis. horum paucis diebus nihil erat, quae Charybdis
 tam vorax! Charybdis dico: quae si fuit, fuit animal viuum: oceanus mediussidius vix videetur
 tot res, tam dissipatas, tam distantes in locis positas, tam cito absorbere potuisse, nihil erat clau-
 sum, nihil obsignatum, nihil scriptum: apothecae totae nequissimis hominibus condonabantur: alia mi-
 mi rapiuntur, alia mimae: domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum: totos dies potabatur, at-
 que in locis pluribus: suggerebant etiam sepe, non enim semper iste felix, damna aleatoria: conchylia-
 tis Cn. Pompeii peristromatis seruoque in cellis lectos stratos videres, quae obrere definite mira-
 ri haec tam celeriter esse consumpta. non modo vni patrimonio, quod amplum, ut illud fuit, sed vrbes,
 & regna tanta nequitia deuorare potuisset. At eiusdem aedes etiam & hortos. O audaciam imma-
 nem: tu ingredi illam domum ausus es: tu illud sanctissimum limen intrare: tu illarum aedium diis pe-
 natibus os importunissimum ostendere: quam domum aliquandiu nemo aspiceret poterat, nemo sine la-
 chrymis praeterire, hac te in domo tantum diuersari non pudet: in qua quis nihil sapias, tamen nihil

Iudicaturum.

Indolere.

Hippia.

Latronum
ritus.Robustior
improbitasFrustra escu-
lenta.Pro aede Io-
uis.

Sector Pompeii Anto-

Ingurgita-
re.Male parta
male dilabuntur.

Charybdis

Apothecae.

Peristroma-
ta conchy-
liata.

In M. Antonium

†adibus.
Suas res si-
bi habere.

Rudem ac-
cipere.

Lacerna.

tibi potest esse iucundum. An tu illa vestibula, rostra, spolia, cum aspexisti, domum tuam te introire putas: fieri non potest. quis enim sine mente, sine sensu sis, ut es: tamen & te, & tua, & tuos nosti. nec vero te unquam neque vigilante, neque in somnis credo me te posse consistere. necesse est, quis sis, ut es, violenter, & furens, cum tibi obiecta sit species singularis viri, perterritum de somno excitari, furere etiam saepe vigilante. Me quidem miseret parietum ipsorum, atque tectorum, quid enim unquam domus illa viderat, nisi pudicum, nisi ex optimo more, & sanctissima disciplina? fuit enim ille vir P. C. sicut scitis, cum foris clarus, tum domi admirandus: neque rebus exteris magis laudandus, quam institutis domesticis. huius in sedibus pro cubiculis stabula, pro tricliniis popinae sunt. etsi iam negat, nolite, nolite querere. frugum factus est, illam suam suas res sibi habere iussit: ex duodecim tabulis causam addidit, exegit. quae porro spectatus civis: quae probatus: cuius ex omni vita nihil est honestius, quam quod cum minima fecit diuortium. At quae crebro usurpat, & Consul, & Antonius? hoc est dicere, & Consul, & impudicissimus: & Consul, & homo nequissimus. quid enim est aliud Antonius? nam si dignitas significaretur in nomine, dixisset aliquando credo avus tuus se & Consulem, & Antonium. nam quae dixit, dixisset etiam collega meus, patruus tuus, nisi solus esses Antonius. Sed omitto ea peccata, quae non sunt earum partium propria, quibus tu Rempublicam vexavisti. ad ipsas tuas partes redeo, id est ad civile bellum, quod natum, constitutum, susceptum, opera tua est: cur ei bello tum propter timiditatem tuam, & propter libidines defuisti? gustaras civile sanguinem, vel potius exorbueras: fueras in acie Pharsalica antesignanus: L. Domitium nobilissimum & clarissimum virum occideras: multos, qui de praelio effugerant, quorum Caesar nonnullos fortasse servasset, crudelissime persecutus trucidaras. quibus rebus tantis, talibus, gestis, quid fuit cause, cur in Africam Caesarem non sequere re: cum praesertim belli pars tanta restaret? Itaque quem locum apud ipsum Caesarem post eius ex Africa reditum obtinuisti: quo numero fuisti: cuius tu imperatoris quaestor fueras, dictatoris magister equitum, belli princeps, crudelitatis auctor, praedae socius, testamenti, ut ipse dicebat, filius, appellatus es de pecunia, quam pro domo, pro hortis, pro sectione debebas. Primo respondisti plane ferociter: & ne omnia videar contra te, pro modo aqua & iusta dicebas. a me C. Caesar pecuniam: cur potius quam ego ab illo? an ille sine me vicit? an ne potuit quidem? ego ad illud bellum civile causam attuli: ego leges perniciosas rogavi: ego arma contra consules, imperatoresque populi Romani, contra Senatum populumque Romanum, contra deos patrios, arasque, & focos, contra patriam tuli. num sibi soli vicit? quoque facinus commune, cur non sit eorum praeda communis? ius postulas, sed quid ad rem? plus ille poterat. itaque exclusis tuis vocibus, & ad te, & ad praedas tuas milites misit: cum repente a te praecleara illa tabula prolata, qui risus hominum de te erat: tantam esse tabulam, tam varias, tam multas possessiones: ex quibus praeter partem Miseni, nihil erat, quod is, qui auctionaretur, posset suum dicere. auctionis vero miserabilis aspectus, vestis Pompeii non multa, eaque maculosa: eiusdem quaedam argentea vasa collisa: sordidata mancipia: ut doleremus quicquam esse ex illis reliquiis, quod videre possemus. hanc tamen auctionem heredes L. Rubrii decreto Caesaris prohibuerunt. herebat nebulo: quo se verteret, non habebat, quippe in his ipsis temporibus domi Caesaris percussor ab isto missus deprehensus dicebatur esse cum fida, de quo Caesar in Senatu aperte in te invehens, questus est. Proficiscitur in Hispaniam Caesar, paucis tibi ad solvendum propter inopiam tuam, prorogatis diebus, ne tum quod sequeris, tam bonus gladiator rudem tam cito accepisti? hunc igitur quisquam, qui in suis partibus, id est in suis fortunis tam timidus fuerit, pertimescat? Profectus est tamen aliquando in Hispaniam, sed tuto, ut ait, pervenire non potuit. quoniam modo igitur Dolabella pervenit: aut non suscipienda fuit ista causa Antoni: aut, cum suscepisses, defendenda usque ad extremum. Ter depugnavit Caesar cum civibus, in Thessalia, Africa, Hispania. omnibus affuit his pugnis Dolabella, in Hispaniensi etiam vulnus accepit. si de meo iudicio quaeris, nolle: sed tamen consilium a principio reprehendendum, laudanda constantia. Tu vero quis es? Cn. Pompeii liberi primum patriam repetebant, esto, fuerit partium haec causa communis. repetebant propterea deos penates patrios, aras, focos, larum suam familiarum, in qua tu inuaseras. haec cum peterent armis, quorum erant legibus: etsi in rebus iniquissimis quid potest esse equum? tamen erat aequissimum contra Cn. Pompeii liberos Cn. Pompeii pugnare sectorem. An tu Narbonem in mensas hospitem cum vomeres, Dolabella pro te in Hispania dimicaret? Qui vero Narbona reditus? & tamen querebat, cur ego ex ipso cursu tam subito revertissem. exposui nuper P. C. causam reditus mei. volui etiam si possem ante Calpurnianum, prodesse Reipublicae. nam quod querebas, quomodo redissem? primum luce, non tenebris: deinde cum calceis, & toga, nullis nec caligis, nec lacerna. At etiam aspicias me, & quidem, ut videris, iratus. ne tu mecum iam in gratiam redeas, si scias, quae me pudeat nequitiae tuae, cum

Philippica. II. Fo. CCXXXVII.

ius te ipsum non pudet. Ex omnium omnibus flagitiis nullum turpius vidi, nullum audiui: quod quod magister equitum fuisse tibi viderere: in proximum annum consulatum peteres, vel potius rogares: is per municipia, coloniasque Gallie, a qua cum Consulatus noster petebatur, non rogabatur, peteret Consulatum solebamus, cum caligis & lacerna cucurristi. At videte leuitatem. Cum hora diei decima fere ad Saxa rubra venisset, deliruit in quadam Cauponula: atque ibi se occultas, perpotauit ad vesperum. inde Cassia celeriter ad urbem aduectus domum venit capite inuoluto. Ianitor, quod tuus Marco tabellarius, confestim ad eam, cuius causa venerat, deducitur, eius epistolam tradidit, quam cum illa legeret flens (erat enim amatorie scripta) caput autem literarum, sibi cum illa minima posthac nihil futurum: omnem se amorem abiicisse illinc, atque in hanc terram fudisse. cum mulier staret verius, homo misericors ferre non potuit, caput aperuit, in collum inuasit. O hominem nequam (quod enim aliud dicam: magis proprie nihil possum dicere) ergo ut te catamytum, neque opinato cum ostendisses, preter spem mulier aspiceret: idcirco urbem terrore nocturno, Italia multorum dierum metu perturbasti! Et domi quidem causam amoris habuit. foris etiam turpiore, ne L. Plancus predes tuos venderet, productus autem in concione a Tribuno pl. cum respondisses, te rei tue causa venisse: populum in te dicacem etiam reddidisti. Sed nimis multa de nugis, ad maiora veniamus. Cesari ex Hispania redenti obuiam longissime processisti. celeriter istum, & redisti, ut cognosceret te, si minus forte, attamen strenuum. factus est rursus nescio quomodo familiaris, habebat hoc omnino Cesar: quem plane perditum aere alieno, egentemque, si eundem nequam hominem, audacemque cognouerat, hunc in familiaritatem libentissime recipiebat. His igitur rebus preclare commendatus, iussus est renunciari Consul: & quidem cum ipso, nihil queror de Dolabella, qui tunc est impulsus, elusus, inductus. Qua in re quanta fuerit utriusque vestrum perfidia in Dolabella, quod ignorat! Ille induxit, ut peteret: promissum, & receptum interuertit, ad seque transtulit. tu eius perfidie voluntatem tuam ascripsisti. Veniunt Cal. Ianuarie, cogimur in Senatum: inuectus est copiosius multo in istum, & paratius Dolabella, quam nunc ego, hic autem iratus, qui dixit dei boni: cum primum Cesar ostendisset, se prius quam perficeret, Dolabellam Consul esse iussurum: quem negat regem, qui & faceret semper eiusmodi aliquid & diceret. Sed cum Cesar ita dixisset, tunc hic bonus augur, eo se sacerdotio predictum esse dixit, ut comitia auspiciis vel impedire, vel vitia re posset. idque se facturum esse asseueravit. In quo primum incredibile stupiditatem hominis cognoscite, quid enim: istuc, quod te sacerdotii iure facere posse dixisti, si augur non esses, & Consul esses, minus facere potuisses: vide etiam ne facilius, nos enim nunciationem solum habemus: Consules, & reliqui magistratus etiam inspectionem. esto hoc imperite (nec enim ab homine nunquam sobrio postulanda prudentia) sed videte impudentiam, multis ante mensibus in Senatu dixit Dolabellam comitia aut prohiberent auspiciis: aut id facturum esse, quod fecit, quisque ne diuinare potest, quod vitium in auspiciis futurum sit: nisi quod de celo seruare constituit: quod neque licet comitiis per leges: & si quis seruauit, non habitis comitiis, sed prius quam habeant, debet nunciare, verum implicata inscientia, impudentia est: si nescit quod augurum, nec facit quod pudenter decet. Atque illo die recordamini eius usque ad Idus Martias Consulatum, quis unquam apparitor tam humilis: tam abiectus: nihil ipse poterat, omnia rogabat: caput in aduersam lecticam inferens, beneficia, que videret, a Collega petebat. Ecce Dolabellam comitiorum dies, sortitio prerogatiue, quiescit, renunciat, tacet, prima classis vocatur, renunciat, deinde, ut assolet, suffragia, tunc secunda classis vocat: que omnia citius sunt facta, quam dixi. Confecto negotio bonus augur, Leliu diceret, alio die inquit. O impudentiam singularem, quod videras: quid senseras: quod audieras: nec enim te de celo seruasse dixisti, neque hodie dicis. id igitur obuenit vitium, quod tu iam Cal. Ian. futurum esse prouideras, & tanto ante prouideras. Ergo hercule magna, ut spero, tua potius, quam Reip. calamitate emeritus es auspicia: obstrinxisti populum Ro. religione: augur auguri, Consul Consuli obnunciasti. Nolo plura, ne acta Dolabellam viderat conuellere, quam necesse est aliquando ad nostrum collegium deferant. Sed arrogantiam hominis, insolentiamque cognoscite, quam diu tu voles, vitiosus consul Dolabella: rursus, cum voles, saluis auspiciis creatus, si nihil est, cum augur his verbis nunciat, quibus nunciasti: confitere te, cum alio die dixeris, sobrium non fuisse, si est aliqua vis in istis verbis, ea que sit Augur a Collega requiro. Sed ne forte multis rebus gestis, M. Antonii rem unam pulcherrimam transfiliat oratio, ad Lupercalia veniamus, non dissimulat P. C. apparet esse comotum, sudat, pallet, quidlibet, modo ne nauseet, faciat, quod in porticu Numitiam fecit, que potest esse turpitudinis tanta defensio: cupio audire: ut videam vbi rhetoris tanta merces, vbi campus Leodrinus appareat. Sedebat in rostris Collega tuus, amictus toga purpurea, in sella aurea, coronatus: ascendis: accedis ad sellam: ita

Petere.
Rogare.
Saxa Rubra.
Cauponula

Nequam.

Predes.

Inductus.

Stupiditas

Nunciatio.
Inspectio.

Comitiorum
ratio.

Lupercalia.

C. Cesar.

In M. Antonium

Lupercus.

eras Lupercus, vt te esse cōsulē meminisse deberes. diadema ostēdis. gemitus toto foro. vnde diadema! non em̄ abiectū sustuleras, sed attuleras domo meditatū, & cogitatū scelus. Tu diadema imponebas cū plangore populī. ille cū plausu reiciebat. Tu ergo vnus scelerate inuentus es, q̄ cū auctor regni inuētus esses, eū quē Collegā regni habebas, dominū habere velles: & idem tētares, qd̄ populus Ro. ferre, & pati posset. At etiā misericordiā captabas, supplex te ad p̄des abiciebas: qd̄ petens: vt seruires: tibi vni p̄teres, qui ita a puero vixeras, vt oīa patere, vt facile seruires. a nobis populoq̄ Ro. mandatū id certe nō habebas. O p̄clārā illā eloquentiam tuā, cū es nudus concionatus. quid hoc turpius: qd̄ foediū: qd̄ suppliciiis oībus dignius: num expectas dū te stimulis fodiā: hęc te, si vllā partem habes sensus, lacerat, hęc cruet oratio. Vereor ne imminuā virorū summorū gloriā. dicā tamē dolore cōmotus. quid in dignius: q̄ viuere eū, qui imposuerit diadema: cū oēs fateant iure interfectū esse, q̄ abiecerit. At etiā inscribi iussit in fastis, ad Lupercalia C. Cēsari Dictatori p̄petuo M. Antoniu Consulem populū iussu regnū detulisse: Cēsare vt̄i noluisse. Iā iā minime miror, te ortū perturbare: non modo vrbē odisse, sed etiā lucē: cū perditissimis latronibus nō solū de die, sed etiā in diē viuere. vbi em̄ tu in pace cōsistes: q̄ locus tibi in legibus, & iudiciis esse potest: q̄ tu, quātum in te fuit, dominatu regio sustulisti: Ideo ne L. Tarquinius regno exactus: Sp. Cassius, Sp. Melius, M. Manlius necati: vt multis post seculis, a M. Antonio, qd̄ fas nō est, rex Romę cōstitueretur: Sed ad auspiciā redeamus, de quibus rebus Idibus Martiis fuit in Senatu Cēsari acturus. quēro tū tu qd̄ egisses: Audiebam quidē te paratū venisse, q̄ me de eminentis auspiciis, q̄bus tamen parere necesse erat, putares esse dicturū. Sustulit illū diē fortuna populū Romani: tum etiā tuū de auspiciis iudiciū, interitus Cēsaris sustulit. Sed incidi in id tēpus, quod iis de rebus, in quas ingressa erat oratio, p̄tereundum non sit. quę tua fuga: quę formido illa die: quę propter conscientiam scelerum desperatio vitę: cum ex illa fuga beneficio eorū, qui te, si sanus esses, saluum esse voluerunt, clam te domum recepisti: O mea semper frustra verissima auguria rerum futurarū. dicebā illis in Capitolio liberatoribus nostris, cū me ad te ire vellent, vt ad defendendā Remp. te adhortarer: quoad metueres, omnia te p̄missurū: simulac timere defisses, similit̄ te futurū tui. Itaq̄ cum ceteri Consulares irēt, & redirēt, in sententia mansi: neq̄ te illo die, neq̄ postero vidi: neq̄ vllā societatem optimis ciuibus cum importunissimo hoste foedere vllō confirmari posse credidi. Post diē tertium veni in adem Telluris, equidem inuitus, cū omnes aditus armati obsiderēt, qui tibi ille dies M. Antonii fuit: q̄q̄ mihi subito inimicus extitisti, tamē me tui miseret, q̄ tibi inuideris, qui tu vir, dii immortales, & quantus fuisses, si illius diei mentē seruare potuisses: pacem haberemus, quę erat facta per obsidem puerū nobilē M. Antonii filium, M. Bambalionis nepotem. q̄q̄ te bonum timor faciebat, non diuturni magister officii: improbū fecit ea, quę, dum timor abest, a te non discerit, audacia. etsi tum, cū optimū te putabant me quidem dissentiente, funeri Tyranni illi? sceleratissime p̄fuisisti. tua illa pulchra laudatio, tua miseratio, tua cohortatio: tu tu illas faces incendisti: & eas, quibus semiuultū latus illius est: & eas, quibus incensa L. Bellieni domus deflagauit: tu illos impetus p̄ditorū hominū, & ex maxima parte seruatorū, quos nos vi, manu q̄ repulimus, in nostras domos immisisti. Idē tamē quasi fuligine absterfa, reliqs dieb⁹ in Capitolio p̄clara senatusconsulta fecisti: nequa post Idus Martias immunitatis tabula, neve cuiusq̄ beneficii figerec̄. meministi ipse, de exulibus: scis de immunitate qd̄ dixeris. optimū vero, q̄ dictaturę nomē in p̄petuū de Rep. sustulisti. quo quidē facto tantum te cepisse odium regni videbat, vt eius omnē p̄pter p̄ximū dictatōrē tollerēs metū. constituta Respu. videbat aliis, mihi vero nullo modo, q̄ omnia te gubernāte naufragia metuebam. Nū me igit̄ fefellit: aut nū diuti⁹ potuit sui esse dissimilis: inspectatib⁹ vobis toto Capitolio tabulę figebant: ne q̄ solū singulis veniebāt immunitates, sed etiā populis vniuersis: ciuitas non tū singillatim, sed puinciis totis dabat. Itaq̄ si hęc manēt, q̄ stāte Rep. manere nō p̄nt, puincias vniuersas, P. C. pdidistis: neq̄ vectigalia solū, sed etiā imperiū populū Ro. huius domesticis nundinis dī minutum est. Vbi est septies millies Sestertiū: qd̄ in tabulis, q̄ sunt ad Op̄is, patebat: funestę illius quidē pecunię, sed tamē, si his quorū erat, nō redderet, q̄ nos a tributis posset vindicare. Tu autē Sestertiū quadringenties, qd̄ Idibus Martiis debuisti: quonam mō ante Cal. Aprilis debere desisti: Quid ego de cōmētariis īfinitis, qd̄ de innumerabilib⁹ chirographis loquar: sunt ea quidē innumerabilia: q̄ a diuersis emebant nō insciēte te. sed vnum egregiū de Rege Deitaro populo Romano amicissimo decretū in Capitolio fixum, quo p̄posito, nemo erat, q̄

De die viuere.
In diem viuere.

Timor, officii nō diuturni magister.

Idomos.

Videbat.

Ad Op̄is.

Insciens.

Philippica. II. Fo. CCXXXVIII.

in ipso dolore risum posset continere. quis enim cuius inimicior, quam Deiotaro Cæsar? æque atque huic ordini, ut equestri, ut Massiliensibus, ut omnibus quibus rempublicam populi Romani charam esse sentiebat. Is igitur, a quo vivo nec presens, nec absens quicquam equi, boni impetrauit, apud mortuum factus est gratus. compellat hospitem presens, computarat, pecuniam imperarat, in eius terrarum archiam ex Grecis comitibus suis collocarat, Armeniam abstulerat a Senatu datam. hæc vivo eripuit, reddidit mortuus. At quibus verbis: modo equum sibi videri, modo non iniquum. mira verborum complexio. at ille nunquam, semper enim absenti affuit Deiotaro, quicquam sibi, quod nos pro illo postularemus, equum dixit videt. Syngrapha Sestertii centies per legatos viros bonos, sed timidos & imperitos, sine reliquorum hospitem Regis sententia, facta in gynæceo. quo in loco plurimae res veniere, & veniunt. qua ex syngrapha quid sis acturus meditare censeo. Rex enim ipse sua sponte nullis commentariis Cæsaris, simulatque audiuit eius interitum, suo Marte res suas recuperavit. sciebat homo sapiens ius semper hoc fuisse, ut quæ Tyranni eripuisent, ea Tyrannis interfectis, illis, quibus erepta essent, recuperarent. Nemo igitur iureconsultus, ne iste quidem, qui tibi vni est iureconsultus, per quem hæc agis, ex ista syngrapha deberi dicit pro iis rebus, quæ erant ante syngrapham recuperatae. non enim a te emit, sed prius quam tu suum sibi venderes, ipse possedit. Ille vir fuit, nos quidem contemnendi, qui auctorem odimus, acta defendimus. Quid ego de commentariis infinitis: quid de innumerabilibus chirographis loquar? quorum etiam imitatores sunt, quæ ea, tamquam gladiatorum libellos, palam vendit. Itaque tanti acerui numerum apud istum construunt, ut iam appendant, non numerent pecuniam. At quæ caeca avaritia est: nuper fixa tabula est, qua civitates locupletissimæ Cretensium vectigalibus liberantur: statuiturque, ne post M. Brutum Proconsulem, sit Creta provincia. tu mentis es compos: tu non constringendus: an Cæsaris decreto Creta post M. Bruti decessum potuit liberari: cum Creta nihil ad Brutum Cæsare vivo pertineret? At huius venditione decreti (ne nihil actum putetis) provinciam Cretam perdidisti. omnino vilius rei nemo fuit emptor, cui defuerit hic venditor. Et de exulibus legem quam fixisti, Cæsar tulit: nulli infector calamitatem. tantum quæror, primum eorum reditus ingnatos, quorum causam dissimilem Cæsar iudicaverit. deinde nescio cur reliqui idem non tribuas. neque enim plus quam tres, aut quattuor reliqui sunt, qui simili in calamitate fuerint. cur tua misericordia simili non fruuntur: cur eos habes in loco patrum: de quo ferre, cum de reliquis ferres, noluisti. quem etiam ad celsuram percedam impulisti: eam peritionem comparasti, quam & risus hominum, & querelas moueret. Cur autem ea comitia non habuisti: an quia Tribunus Plebis, fulmen sinistrum nunciabat: tua quod interest: nulla auspicia tuorum sunt, cum sis religiosus. quod eundem in Septemviro non destituit: interuenit enim, quod metuisti: credo ne saluo capite negare non posses. omnibus eum corumeliis onerasti: quem patris loco si vlla pietas in te esset, colere debebas. filiam eius sororem tuam eiecisti, alia conditione quesita & ante perspecta. non est satis: probri infimulasti pudicissimam foeminam. quid est quod addi possit: contentus eo non fuisti, frequentissimo Senatu Calendis Ian. sedente patruo, hæc tibi esse cum Dolabella odii causam ausus es dicere, quod ab eo sorori, & uxori tuæ stuprum oblatum esse comperisses. quis interpretari potest impudentior ne: qui in Senatu, an improbior: qui in Dolabellam, an impurior: qui patre audiente, an crudelior: qui in illam miseram tam spurce tam impie dixeris. Sed ad chirographa redeamus. quæ fuit tua cognitio: acta enim Cæsaris pacis causa confirmata sunt a Senatu, quam quidem Cæsar egisset, non ea, quam Cæsar egisse dixisset Antoni. unde ista erumpunt: quo auctore perferunt: si sunt falsa, cur approbantur: si vera, cur veniunt? At sic placuerat, ut ex Calpurniis de Cæsaris actis cum consilio cognosceretis, quod fuit consilium: quem vni aduocasti: quas Calpurnias expectasti: an eas, ad quas te pagratis veteranorum coloniis, stipatum armis retulisti: O præclaram illam percussationem tuam mense Aprilis atque Maio, tum cum etiam Capuam deducere conatus es. quemadmodum illam adieris, vel potius pene non adieris, scimus. cui tu urbi minitaris. utinam conere, ut aliquando illud pene tollatur. At quæ nobilis est tua illa peregrinatio: quid prandiorum apparatus: quid furiosam violentiam tuam proferam: tua ista detrimenta sunt. illa nostra. agrum Campanum, qui cum de vectigalibus eximebatur, ut militibus daretur, tum infligi magnum reipublice vulnus putabamus, hunc tu comprobratoribus tuis, & collusoribus diuidebas. mimos dico, & mimos in agro P. C. Capano collocatos. Quid iam querar de agro Leontino: quandoquidem hæc quodam arationes Capani, & Leontini in populi Romani patrimonio gladiifere, & fructuose ferebant. medico tria millia iugerum, quasi te sanum fecisset: Rhetori duo, qui disertum facere potuisset. Sed ad iter, Italiamque redeam. Deduxisti coloniam Casilinam, quo Cæsar ante deduxerat. Consulisti me per litteras de Capua tu quidem, sed idem de

Gynæcei.

Appendant
non numerant
tur pecuniam.

Fulmen sinistrum.

Probrum infimulare.

Deducere Capuam.

In M. Antonium

Coloniari ratio. Casilino respondiſſem: poſſes ne vbi colonia eſſet, eo coloniã nouã iure deducere? negaui in eam coloniã, q̄ eſſet auſpicato deducta, dũ eſſet in columis, coloniã nouam iure deduci: colonos nouos aſcribi poſſe reſcripſi. tu autẽ inſolentia elatus, omni auſpicioꝝ iure turbato, Caſilinum coloniã deduxiſti, quo erat paucis annis ante deducta, vt vexillũ videres, & aratrum circunduceres: cuius quidẽ vomere portã Capuẽ pene perſtrinxiſti, vt florentis coloniẽ territorium minueretur. Ab hac religionũ perturbatione aduolas in M. Varronis ſanctiſſimi, atq; integerrimi viri fundũ Caſſinatẽ. quo iure? quo ore? eodẽ inges, quo in hæredũ L. Rubrii, quo in hæredũ L. Turſecii prædia, quo in reliquas innumerabiles poſſeſſiones. & ſi ab haſta, valeant tabule, modo Cæſaris, nõ tuẽ, q̄bus debuifſti, nõ quibus tu te liberauiſti. Varronis q̄dem Caſſinatẽ fundũ q̄s veniſſe dicit: quis haſta iſtius venditionis vidit: quis vocẽ præconiũ audiuit: miſiſſe te dicis Alexandriã, q̄ emeret a Cæſare. ipſum em̄ expectare magnũ fuit. quis vero audiuit vnq̄ (nullius autẽ ſalus curẽ pluribus fuit) de fortunis Varronis rem vllã eſſe detractã: q̄, ſi etiã ſcripſit ad te Cæſar, vt redderes: quid ſatis poteſt dici de tãta impudẽtia: remoue gladios illos parumper, quos videmus: iã intelliges aliã cauſam eſſe haſte Cæſaris: aliam confidentiẽ, & temeritatis tuẽ. nõ em̄ te dominus modo illis ſedibus, ſed quis amicus, vicinus, hoſpes, procurator arcebit. At q̄ multos dies in ea villa turpiſſime es perbacchatuſ: ab hora tertiã bibebaſ, ludebaſ, vomebaſ. O tecta ipſa miſera, q̄ diſpari domino: q̄q̄ quomodo iſte dominus: ſed tamẽ q̄ a diſpari tenebant. ſtudiorũ em̄ ſuorũ M. Varro voluit eſſe illud, nõ libidinũ diuerſoriũ. q̄ in illa villa ante dicebant: quẽ cogitabant: quẽ literis mādabantur: iura populi Ro. monimẽta maiorũ, omniſ ſapiẽtiẽ ratio, omniſq; doctrina. At vero te in quilino (nõ em̄ domino) perſonabãt omnia vocibus ebriorũ: natabãt pauimẽta vino: maderant parietes: ingenui pueri cum meritoriis, ſcorta inter matreſfamilias verſabant. Caſilino ſalutarum veniebant, Aquino, Interamna: admiſſus eſt nemo. iure id quidẽ. in homine enim turpiſſimo obſolebãt dignitatis inſignia. Cũ inde Romã p̄ficiſcens ad Aquinũ accederet, obuiam ei proceſſit (vt eſt frequens municipiũ) magna ſane multitudo. at iſte aperta lectica latus eſt per oppidũ, vt mortuũ. Stulte Aquinates. ſed tamẽ in via habitabãt. quid Anagnini: q̄ cũ eſſent deuii, obuiã ei deſcenderũt, vt iſtũ, tãq̄ ſi eſſet Conſul, ſalutarẽt. incredibile dictũ. ſed tum nimis inter oẽs cõſtabat, neminẽ eſſe reſalutatũ. præſertim cũ duos ſecũ Anagninos haberet Muſtellã, & Laconẽ: quorũ alter gladiatorũ eſt princeps, alter poculorũ. Quid ego illas iſtius minas, contumeliasq; cõmemorẽ, quibus inuectus eſt in Sidicinos: vexauit Puteolanos, q̄ C. Caſſiũ, q̄ Brutos patronos adoptaſſent, magno quidẽ iudicio, ſtudio, beneuolẽtia, charitate: nõ vt te, vt Baſillum, vi & armis, & alios veſtri ſimiles, quos clientes nemo habere velit, non modo eſſe illorum cliens. Interea dum tu abes, qui dies ille Collegẽ tui: cum illud qd̄ tu venerari ſolebas, buſtum in foro euerit: qua re tibi nunciata, vt conſtabat inter eos qui vna fuerunt, concidiſti. quid euenerit poſtea, neſcio. metum credo valuiſſe, & arma. Collegam quidem de celo detraxiſti: effeciſtiq; non tu quidem etiam nunc, vt ſit ſimilis tui, ſed certe vt diſſimilis eſſet ſui. Qui vero reditus inde Romam: qua perturbatione totius vrbiſ: memineramus Cinnã nimis potentẽ, Syllã poſtea dominantem, Cæſarem regnantem videramus. erant fortãſſe gladii, ſed tamẽ abſconditi, nec ita multi. iſta vero q̄, & quanta barbaria eſt: agmine quadrato cũ gladiis ſequunt ſcutati militeſ, lecticas portari videmus. Atq; hiſ quidẽ iã inueteratis P. C. conſuetudine obduruimus: Calendis Iun. cũ in Senatũ, vt erat cõſtitutũ, venire vellem, metu p̄teriti repẽte diffugim. at iſte, q̄ Senatu nõ egeret, neq; deſiderauit quẽq;, & potiũ diſceſſu noſtro lætat eſt: ſtatimq; illa mirabilia facinora effecit: q̄ chi rographa Cæſaris defendiſſet lucri ſui cauſa, iſ leges Cæſaris, eaſq; p̄claras, vt Rẽp. cõcutere poſſet, euerit. numerũ annorũ puinciis progauit: idẽq; cũ actorũ Cæſaris deſenſor eẽ deberet, & i publicis & in priuatis reb; acta Cæſaris reſcidit. In publicis actis nihil e lege grauĩ: i priuatis firmiſſimũ e teſtamẽtũ. Leges alias ſine pmulgatiõẽ ſuſtulit, alias vt tolleret pmulgauit. Teſtamẽtũ irritũ fecit. qd̄ etiã inſimis ciuib; ſemp obrẽtũ eſt. ſigna, tabulas, quas populo Cæſar vna cũ hortis legauit, eaſ hic prim in hortos Põpẽii deportauit, prim in villã Scipionis. Et tu in Cæſaris memoria diligens: tu illũ, tu illũ amas mortuũ: quẽ iſ maiorẽ honorem cõſecutus erat, q̄ vt haberet puluinar, ſimulacrũ, ſtaſtigiũ, flaminẽ: eſt ergo flamẽ vt Ioui, vt Marti, vt Quirino, ſic diuo Iulio M. Antonius. quid igit̄ ceſſas: cur nõ inaugurare: ſume diem, vide q̄ te inauguret, collegẽ ſumus, nemo negabit. O deteſtabilem hominẽ, ſiue q̄ Tyranni ſacerdos es, ſiue q̄ mortuũ. Quẽro deinceps, nõ hodiernus dies quis ſit, ignoreſ: ne

Coloniari ratio.

Territoriũ

Inglinus. Meritorii pueri. Ad Agnũ accederet. Stulte, ſup. egerunt. Deuius.

De celo de traxiſti.

Lex. Teſtamẽtũ

Flamines deorũ.

Philippica, II. Fo. CCXXXIX.

scis heri quartum in Circo diem ludorum Romanorum fuisse: te autem ipsum ad populum tulisse, ut quintus præterea dies Cæsari tribueret: cur non sumus prætextati: cur honore Cæsaris tua lege datum deserui patimur: an supplicationes addendo diem contaminari passus es: puluinaria noluisti: aut vndique religionem tolle, aut vsquequaque cõserua. Quares placeat ne mihi puluinar esse, fastigiũ, flaminẽ: mihi vero nihil istorũ placet. Sed tu, q̄ acta Cæsaris defendis, quid potes dicere, cur alia defendas, alia nõ cures: nisi forte vis fateri, te omnia q̄stus tuo, non illius dignitate metiri, quid ad hæc tandẽ: expecto eloquentiã tuã, disertissimũ cognoui Auam tuã, at te etiã apertiorẽ in dicẽdo, ille nunq̄ cõcionatus est nudus, tuũ hominis simplicis pectus vidimus. Respõdebis ne ad hæc: aut omnino hircere audebis: ecquid reperies extra longa oratione, cui te respõdere confidas: Sed præterita omittamus, hunc vnũ diẽ, hũc vnũ inquã hodiernũ diẽ, hoc punctũ tẽporis, quo loquor, defende si potes, cur armatorũ corona Senatus septrus est: cur me tui satellites cũ gladiis audiunt: cur valuç Concordiẽ nõ parent: cur homines omniũ gentiũ, maxime Barbaros Ithyreos cũ sagittis deducis in forũ: Præsidii sui causa se facere dicit, nonne igit̄ millies perire est melius, q̄ in sua ciuitate sine armatorum p̄sidio nõ posse viuere: Sed nullũ est istuc, mihi crede, p̄sidium, charitate, & beneuolentia ciuiũ septrũ oportet esse, nõ armis, eripiet, extorquebit tibi ista populus Romanus, vtinã saluis nobis: sed quoquo modo nobiscũ egeris, dũ istis consiliis vteris, nõ potes esse, crede mihi, diuturnus, etẽm ista tua minime auara coniũx, quam ego sine contumelia describo, nimium debet diu populo Ro. pensionẽ tertiã, habet populus Ro. ad quos gubernacula Reip. deferat, qui vbiq̄ terrarũ sunt, ibi est omne Reip. p̄sidium, vel potius ipsa respublica: q̄ se adhuc tantũmodo vltã est, nondũ recuperauit, habet qdẽ certe Resp. adoloscẽtes nobilissimos paratos defensores, q̄ volent illi cedant otio consulẽtes, tamen a Rep. reuocabunt, & nomen pacis dulce est, & ipsa res salutaris, sed inter pacẽ & seruitutẽ plurimũ interest, pax est tranquilla libertas: seruitus postremũ malorũ omniũ, non modo bello, sed morte etiã repellendũ. Qz si se ipsos illi nostri liberatores e cõspectu nostro abstulerũt, at exemplũ facti reliquerunt, illi qd̄ nemo fecerat, fecerũt, Tarquiniũ Brutus bello est persecutus, q̄ tamen Rex fuit, cũ esse Romẽ regem liceret, Sp. Cassius, Sp. Melius, M. Milius p̄pter suspitionẽ regni appetẽdi sunt necati, hi primi cũ gladiis, non in regnũ appetentẽ, sed in regnantẽ impetũ fecerũt, qd̄ cũ ipm factum p se p̄clarũ, atq̄ diuinũ est, rũ expositũ ad imitandũ: p̄serrim cũ illi eã gloriã cõsecuti sunt, q̄ vix celo capi posse videat. Et si em̄ satis in ipsa consciẽtia pulcherrimi facti fructus erat, tamẽ mortali immortalitatẽ nõ arbitror contemnedã, Recordare igit̄ illum M. Antoni diem, quo Dictaturã sustulisti: pone ante oculos læritiã Senatus, populiq̄ Romani: confer cũ nummatione tua tuorũq̄: rũ intelliges quantũ inter laudẽ & lucrũ interfit, sed nimirũ, vt q̄dam morbo aliquo, & sensus stupore suauitatẽ cibi non sentiũt: sic libidinosi, auari, facinorosi, verẽ laudis gustũ nõ habẽt, Sed si te laus allicere ad recte faciendũ nõ potest, ne metus quidem a fœdissimis factis potest auocare: Iudicia nõ metuis, si propter innocentiam, laudo: si p̄pter vim, non intelligis ei, qui isto modo iudicia non timeat, quid timendũ sit, Qz si non metuis viros fortes, egregiosq̄ ciues, q̄ a corpore tuo prohibetur armis: tui te, crede mihi, diutius non ferent, quid est autẽ multos dies, & noctes timeri a suis: nisi vero maioribus habes beneficiis obligatos, q̄ ille quosdam habuit ex iis, a quib⁹ est interfectus, An tu es vlla re cũ eo comparãdus: fuit in illo ingenium, ratio, memoria, literaturã, cogitatio, diligentia: res bello gesserat, quis Reip. calamitofas, attamen magnas, non multos annos regnare est meditatus: magno labore, magnis periculis quod cogitauerat effecerat: muneribus, monimẽtis, cõgiariis epulis, multitudinem imperitã lenierat: suos premiis, aduersarios clemẽtiẽ specie deuinxerat, quid multa: attulerat iã liberẽ ciuitatẽ partim metu, partim patientia, consuetudinẽ feruendi, cum illo ego te dominãdi cupiditate conferre possum, ceteris vero rebus nullo modo es comparãdus, Sed ex plurimis malis, quẽ ab illo Reip. sunt iniusta, hoc tantum bonũ est, q̄ didicit iam populus Ro. quantũ cuiq̄ crederet, quibus se committeret, a quibus caueret, Hęc igit̄ non cogitas: nec intelligis satis esse viris fortib⁹ didicisse, q̄ sit pulchrum beneficio gratum, fama gloriosum Tyrannũ occidere: an cũ illũ hoies non tulerint, te feret: certatim posthac, mihi crede, ad hoc opus curret, nec occasionis tarditas expectabit, Respice quẽso aliquid quãdo Rẽp. M. Antoni: qbus ort⁹ sis, nõ qbuscũ viuas cõsidera: mecũ vt voles, cũ Rep. redi in gratiã, Sed de te tu ipse videris, ego de me ipso p̄tebor, defendi Rẽp. adoloscẽs, nõ deserã se nex: contẽpsi Catilinẽ gladios, nõ primescã tuos, quin etiã corpus libenter obtulerim, si reprẽ

Ludi Ro-
mani.

Prætextat⁹.

Fastigium.

Pensio.

Pax.

Seruitus.

Nũmatio.

Similitudo.

Cæsaris ad
regnãdũ la
bores & stu
dia.

Literaturã.

In M. Antonium

sentati morte mea libertas ciuitatis potest. Vtinā aliquādo dolor populū Ro. pariat, qđ ianā diu parturit. etem si abhinc annos ppe viginti hoc ipso in tēplo negaui posse mortē imma- turam esse Cōsulari, quāto verius nūc negabo seni! Mihi vero P.C. iā etiā oprāda mors est p- functo rebus eīs, quas adeptus sum, quasq; gessi. Duo modo hęc opto: vnū, vt moriēs popu- lum Ro. liberū relinqū. hoc mihi maius a diīs immortalibus dari nihil potest. alterū, vt ira cuiq; eueniat, vt de Rep. quisq; mereatur.

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA, III. ORATIO, XLVI.



ERIVS omnino P.C. qđ tēpus reipublicę postulauit, aliquando ta- men, cōuocati sumus. qđ flagitabā equidē quotidie: qppē cū bellum nefariū cōtra aras, & focos, cōtra vitā, fortunāq; nostras, ab homi- ne pphigato, ac perditō nō cōparari, sed geri iā viderē. Expectāt Ca- lendę Ianuarii, quas nō expectat Antonius. qđ in puinciam D. Bruti summi & singularis viri, cū exercitu impetū facere conat. ex qua se instructum, & paratū ad urbē vēturū esse miniat. Quę est igit ex- pectatio: aut qđ vel minima dilatio tēporis: qđ em adsunt Calēdę Ia- nuarii, tamē breue tēpus longū est imparatis. dies em affert, & ho- ra potius, nisi puissum est, magnas sepe clades, certus autē dies non

Tēpus bre- ue, lōgū est imparatis. Dies multa affert. Dies cert⁹ sacrificiū, nō consiliū.

vt sacrificiū, sic consiliū expectari solet. qđ si aut Calēdę Ian. fuissent eo die, quo primū ex urbe fugit Antonius: aut hęc, nō essent expectatę: bellū iā nullū haberemus. auctoritate em Senat⁹ consensuq; populū Ro. facile hominis amētis fregissemus audaciā, qđ cōfido equidē Cōsules designatos, simulac magistratū inierint, esse facturos. sunt em optimo animo, summo cōsilio, singulari concordia. mea autē festinatio nō victorię solū auida est, sed etiā celeritatis. quousq; enim tantū bellū, tā crudele, tā nefariū priuatis cōsiliis ppullabit: cur nō qđ primū publica accedit auctoritas: C. Cęsar adolescens, pene potius puer, incredibili ac diuina quadā mēte, atq; virtute tū, cū maxime furor arderet Antonii: cūq; eius a Brundusio crudelis & pestifer reditus timeret: nec postulantibus, nec cogitantibus, nec opinantibus quidē nobis (quia fieri posse nō videbat) firmissimū exercitū inuicto genere veteranorū militū cōparauit, patrimo- niumq; suū effudit. qđ nō sumus vsi eo verbo, quo decuit. nō em effudit, sed in salutē Reip. collocauit. Cui qđ gratia referri tanta nō potest, quāta debet: habēda tamē est, quantā maxi- mam animi nostri capere possunt. Quis em est tā ignarus rerū: tā nihil de Rep. cogitās: qui hoc non intelligat. si M. Antonius a Brundusio cū iis copiis, quas se habiturum putauerat, Romam, vt minabat, venire potuisset: nullū genus crudelitatis eū prateriturū fuisse: quippe qui in hospitis tectis Brundusii fortissimos viros ciues optimos iugulari iussit: quorū ante pedes eius morientū sanguine os vxoris respersum esse cōstabat. Hac ille crudelitate imbu- tus, cū multo bonis omnibus veniret iratior, qđ illis fuerat, quos trucidarat: cui tādē vestrū, aut cui omīno bono pepercisset: qua peste Remp. priuato cōsilio (nec em fieri potuit aliter) Cęsar liberauit. qui nisi in hac Rep. natus esset, Remp. scelere Antonii nullā haberemus. sic enim pspicio, sic iudico: nisi vnus adolescens illius furētis impetus crudelissimosq; conatus cohibuisset, Remp. funditus interiturā fuisse. Cui quidē hodierno die P.C. nūc em primum ita cōuenimus, vt de illius beneficio possem⁹ qđ sentirem⁹ libere dicere: tribuēda est auctori- tas, vt Remp. nō modo a se susceptā, sed etiā a nobis cōmendatā possit defendere. Nec ve- ro de legione Martia (quoniā longo interuallo loqui nobis de Rep. licet) sileri potest. quis enim vnq; fortior, qđ amīcior vnq; Reip. fuit, qđ legio Martia vniuersa: qđ cū hostē populū Ro. M. Antonii iudicasset, comes eius esse amentię noluit. reliquit cōsulē, qđ profecto nō fecisset si eum Consulē iudicauisset: quē nihil aliud agere, nihil moliri, nisi cēdē ciuū, atq; interitū ciuitatis videret. Atq; ea legio cōsedit Albe. quā potuit urbē eligere, aut opportuniorem ad res gerendas: aut fideliorem: aut fortiorū virorū: aut amīciorū populo Ro. ciuū: Huiusce le- giōis virtutē imitata Quarta legio duce L. Egnatuleio Quęstore ciue optimo, & fortissimo, Cęsarī auctoritatē, atq; exercitū persecuta est. Faciendū est igit nobis P.C. vt ea quę sua spō- te clarissimus adolescens, atq; omnium prestantissimus gessit, & gerit, hęc auctoritate nostra comprobentur: veteranorumq; fortissimorum virorum, tum legionis Martię, Quartęq; mi- rabilis consensus ad Remp. recuperandam laudetur, & testimonio nostro confirmet: eorūq; commoda, honores, p̄mia, cum Consules designati magistratum inierint, curę nobis fore;

Effundere.